riam dispositionem, a pari se habebunt spiritus humores &
solida in ordine ad calorem febrilem. Secunda ratio

2

sumpta est ex ordine corruptionis febrium & subiecto-
rum, siquidem Ephemera quia in subiecto raro fundatur: citis-
sime omnium pertransit. Paulo longior est humoralis.
Hectica vero omnium longissima. Quod pariter in aliis
mundo contingit, quod ex eisdem subiectis magis vel minus
dispositis ad diutius detinendum externum calorem. Ve-
rum ex altera parte Gal. ubique testatur, quodlibet febris
genus posse fieri incipiendo, ita ut ab initio & fieri
Hectica post alias vel praecedentibus, vel putrida non prae-
cedente Ephemera: & ita de aliis sicuti ex ipso dictis 1.
de diff. feb: 7 & 8. & 10 Methodi cap. 5. Quae sententia potest eo-
dem met fundamento confirmari, quo haec prior inni-
tebatur, desumpto scilicet ex maiori & minori disposito
subiecti febrilis. Nam quodlibet subiectum febris iam propositum spiritus
scilicet & humor & solidum potest esse non dispositum ad febrem
& alterum reliquis indifferenter est magis dispositum ve-
rum. Ita ut si solida pars magis fuerit disposita ad febri-
lem calorem fiet primo Hectica, si humor fiet primo pu-
trida, si spiritus fiet primo Ephemera. Hoc potest familiari exemplo li-
quidius declarari sumpto ab externis pariter materiis
accendendis, ut si ex parte una ex parte secunda accipiamus
v. g. gossypium vel stupam quae tenuia sunt corpora ac pro-
inde spiritibus correspondentia. Ex altera parte sit lignum
crassius

Quae superadditis quae leniora

crassius & densius. Ex parte vero agentis sit ignis flam-
ma, quia ignis ut sit perfectius utrique suo opposito, nulli du-
bium quin citius flamma accendat stupam quam lignum.
Verum si ex parte agentis fuerit ignis efficacior & non sit
ignis flamma sed ignis ferri valde igniti, contrarium con-
tingat, quia ferrum ignitum citius agit in lignum quam in
ipsam stupam. Et ratio diversitatis est ex diversitate
virtutis agentis, quia agens sit validum & efficax in agendo,
magis iam et citius agit in passum sibi proportionatum
quam in passum non proportionatum, sed virtuti ferri igniti
magis est proportionatum lignum & suscipit virtutem tanti agen-
tis quam gossypium & stupa. Idem praeterea non contingere est
in febribus quando ab vehementiori calore possunt soli-
da prius accendi non accensis humoribus, vel humores
prius accendi non accensis spiritibus. Hinc facile colligitur
solutio ad ultimum problema. Admirantur vulgares quomodo
fieri potest ut vi fulguris gladius in vagina colliquetur
vagina integra permanente, cum debuisset non aliunde
quam ex summa agentis vi & potestate & passi et ma-
teriae dispositione. Fulgur autem est ignis vehemens ut eius
tota actio & virtus suscipiatur melius in materia densiori,
crassiori & duriori: cuiusmodi est ferrum quam in materia rara
cuiusmodi est vagina. Virtus vero fulguris est agens in vagina
& ferrum facile vaginam pertransit ob raritatem ci-
tra aliquam noxam, at virtus in ferro suscipitur
sed detinetur: proinde ferrum colliquabitur vagina in-
tegra permanente. Eadem sit ratio in corpore humano si contin-
gat virtutem agentis caloris non validam & solida corporis non
disposita tale agens primo afficiet solida quam vel spiritus
vel humores & ita fiet hectica ab initio. Pro solutione
vero huius difficultatis notandum quod spiritus humores &
solida dupliciter considerari sunt in ordine ad suum esse
i: ad eam calefactivam. Altero vero possunt in resisten-
do & suscipiendo virtutem agentis eam calefactivam sunt

aeque

Tollit dubium.

aquae disposita, ita ut in genere suo non sit maior dispo-
sitio in spiritu quam in humore vel substantia solida. Et hoc ubi si
contingat ut accedat talis causa calefactiva, cuius vis in agen-
do non sit magnae activitatis, tunc prius et citius inflam-
mabitur tenuior substantia quam crassa et solida: et hac ratione prius
fiet ephemera quam humoralis, et prius humoralis quam hectica.
Si vero ex altera parte secundum naturam eorum dispositionem, sed ex parte
agentis vis eius tamen sit instar fulguris, ordo opposito-
rius erit, quoniam agat haec causa prius in solido quam in humores
et spiritus quod familiari etiam exemplo ostendi potest. Nam
si fuerit v.g. radix aliqua et fuerit lignum ut quaest-
ne sunt combustibilia, et his accedat ignis et ignis va-
lens, hic ignis comburet prius lignum quam radicem,
quamvis lignum durius sit et solidius quam radix quod contin-
git tum quia agens est efficax, tum quia eius vis magis re-
cipitur in ligno et sic magis dispositio quam in radice. Se-
cunda difficultas erat circa materiam, statuuntur
tres esse differentiae essentiales febrium sumptae ex triplici subiecto con-
stituente essentiam partis similaris. Videtur tamen praeter
has differentias alias quasdam esse superaddendas. In primis datur febris
synochus sine putredine quae ad nullam ex tribus propositis
differentiis potest reduci. Non enim est ephemera quia non accenduntur
spiritus, non est hectica quia non accenduntur partes solidae: non est pu-
trida quia in hac febre sanguis non putrescit, sed solum
quandam ebullitionem recipit, ergo dabitur quartum genus
febris. Accedit dari etiam febrem pestilentem quae pari-
ter non videtur posse ordinari ad aliquam ex tribus diffe-
rentiis, quia si ad aliquam reduceretur, ad putridam
potissimum esset reducenda, sed febris pestilens praeter pu-
tredinem habet alium characterem, aliam formam qua
distinguitur a putridis. Non igitur erunt tria tantum fe-
brium summa genera. Praeterea si ex eorum diversita-
te febrium differentiae oriuntur, et merito horum oritur fe-
bris humoralis, horum autem sunt et primi et secundi
cur sicuti fiunt febres putridae ex primis humori-
bus, non dicuntur pariter fieri etiam ex secundis quos se-
cundas humiditates Avicennas vocavit. Pro solutione

ut

Ut quod plures possint da-
ri differentiae [illegible]
1

2

Solutio

ut saepius revera absolutam dicendum, quamvis sermo sit de differentiis febrium essentialibus et de differentiis non solum essentialibus sed generalissimis, non possumus constituere novam aliam genera febrium quam iam sunt posita ad quod omnis febris necessario reducitur. Inprimis quantum ~~febris~~ pertinet ad febrem sanguinis est reducibilis ad febrem humoralem, non ad febrem putridam. Ideo nos distinguentes febrem genere semper diximus genus spirituum oriri ephemeram, genus solida oriri hecticam, genus humorum oriri humoralem et non putridam. Humoralem quia febris haec deinde subdividitur in febrem humoralem et non putrescentem sicuti est febris sanguinis et putrescentem sicuti sunt reliquae. Ideo obiectio de feb. sanguinis sine putredine nulla erit, quia haec ordinatur ad febrem humoralem. Similiter dicatur de pestilenti, quia haec cum procedat ab insigni humorum putredine, ideo et ipsa ordinabitur ad febrem humoralem quae si subdividatur, dividatur in febrem non putridam et putridam, ~~[illegible]~~ deinde putridam subdividimus in pestilentem, et non pestilentem, ut haec ergo febris pestilens sit reducibilis et ipsa ad humorales. Eadem sit ratio de secundis illis humiditatibus quae si igneo calore et ipsae afficiantur, efficiant hecticam febrem quae hectica et ipsa solet subdividi prout vel absumitur prima humiditas vel secunda vel tertia. Quare substantia ista secundae humiditates istae non constituant febrem diversam ab Hectica, sed ad Hecticam reducuntur. His genericis differentiis explicatis de temporibus febrium agemus.

XI.
De Temporibus febrium.

Ad perfectam curationem febrium non sufficit cognoscere febris essentiam quae definitione fuit iam explicata, nec sufficit pro varia curatione cognoscere varias differentias febr. quas in genere hactenus et proposuimus

Verum

Verum est requiritur ut febrium curandarum partes cogno-
scamus. Partes autem febris in unoquoque genere nil aliud sunt quam
tempora ipsius febris quae diligenter sunt explicanda nam secundum varie-
tates enim aliter procedamus in initio febr. aliter in augmento aliter
in statu aliter in declinatione, accedit quod cognitio temporum feb.
confert etiam ad prognosticandum, siquidem ex invasione febr. ex
longitudine ex brevitate eius et modo innatandi solemus progno-
sticare de futuro cursu febr. Iamque in hoc sermone de tem-
poribus febris talem servabo ordinem, ut in primis temporis
notionem ostendam, deinde singulas temporum differentias distincte
cognoscere explicabo. Quod ad primum attinet vocis in primis aequivocatio
tollenda est, tempus enim bifariam accipi potest physice et
medice. Primo modo tempus nil aliud est quam numerus motus secundum
prius et posterius, hoc est tempus est mensura motus sic tempus
24. horarum erit mensura solis ab ortu ad occasum moti.
Est enim mensura motus secundum prius et posterius quoniam tempus
est mensura cum motu successiva et cum ordine. Tempus vero
medicum quia dirigitur non ad scire simpliciter sed ad scire
in ordine ad opus, ideo tale tempus ad sanitatem inducendam
dirigatur, ut propterea tempus apud medicos nil aliud sit quam
mensura totius morbi secundum prius et posterius. Hac ergo
ratione tempus ut morbus mensurat, medico erit considerandum.
In omni autem morbo quod tempus est mensurandum duo potissimum requiruntur
primo requiritur tempus etc quo morbus mensuratur, iuxta quod di-
cimus morbum esse longum aut brevem, similiter partes ipsius
principium scilicet augmentum et reliqua dicimus non brevi tempore non
longo mensurari. Secundo requiritur ordo quia in omnibus mor-
bis sunt plures partes seu plura tempora atque haec non confusa sed
ordinata, quia primo est principium inde augmentum et ita de
reliquis, Gal. et autore lib. de morb. temp. cap. 1. Ut
hinc colligatur morbum non esse substantiam momentaneam,
tamen sed tempore mensurabilem. Hoc autem morbi tempus
medici dividentes constituunt statuentes morborum tempora
esse in primis duplicia, quaedam sunt universalia quaedam particularia.
Tempora universalia ipsius febris sunt quae totius febris processum
motum et latitudinem mensurant. Particularia vero
sunt quae particularium paroxysmorum et invasionis febris moti-
untur. Praeterea haec tempora sive universalia sive particularia
sunt 4. ad haec sunt partes, quae talia tempora non mensurat

febr

Partes feb. qui sint

Tempus duplici modo solet accipi

Tempus medici quid

In omni morbo duo tempora requiruntur

Morbus non dicitur substantia momentanea

A quibus fontibus laudare hec tempora

febris incipiunt ut nec statum vel nec augmentum vel declina-
tionem. Sed a quibus fontibus sumi debet haec 4 tempora
Sciendum quod morbus febris ipsa cum sit passio corporis in-
nuentis in corpore inveniuntur duo potissimum repugnantia in corpore
ut ipse febre affecto, quorum alterum se tenet ex parte rerum
secundum naturam et est virtus ipsa. Alterum se tenet ex parte re-
rum praeter naturam ut sunt causae et symptomata morbosa. Itaque duo ista
nempe virtus ut res naturalis et morbus ut res praeter naturam cum
contraria sint simul in uno subiecto consistere nequeunt citra mutuam
pugnam citra actionem et passionem ad invicem. Hinc
duplex pugna oritur. Altera est inter virtutem et morbum
altera vero inter virtutem et symptomata morbum consequentia
Cum hic dico de causa quae morbum intelligo morbum ex
artis quia nil aliud est quam causa coniuncta et proxima symptomatis
Hinc duo tempora orta sunt. Alia capiuntur a pugna na-
turae et virtutis contra morbum. Alia sumuntur a pugna naturae
virtutis contra symptomata et secundum utraque haec tempora consideramus
principium augmentum statum et declinationem. Explicatis his
differentiis temporum febris, restat quomodo et quando unius
cuiusque temporis explicemus, et primo universalium deinde parti-
cularium. Quo ad tempora igitur quae in primis capiuntur ex vir-
tutis pugna contra morbum, sciendum quod in febribus duplicia
sunt. Sunt febres in duplici sunt differentia, aliae siquidem sunt
immateriales ut ephemera et hectica, aliae materiales scilicet sunt
humorales. Quo ad immateriales spectat consideramus
secundum caloris febrilis dictarum febrium, quod vel est spirituum ut
in ipsa ephemera vel est partis solida ut in hectica. Itaque erit
principium universale ex parte ephemerae quando incipit pugna na-
turae contra morbum cum sensibili operationum laesione Gal. autore
lib. de diff. febr. 2. quod principium se habet latitudinem
quamvis in ephemera valde parvam. In hectica vero amplam
et magnam ut patet in hac etiam febre potest medicus
in principio aliquid operari, de hoc principio esse febris
in quo medicus potest operari ea latitudine se loquebatur Hipp.
2 part. Aph. 30 quum dicebat in morborum initiis si quid mo-
vendum videtur move. Hoc ergo principium febris in febre
diuturna duas continet partes, altera proximior est sanitati
a qua primo lapsus est factus quod febrem ipsa. Altera ps
Zum

Feb. aliae sunt immateriales. aliae materiales.

Feb. princip. cognosc. in Ephem.

Princ. feb. in feb. diutur. duas continet partes.

huius principii magis accedit ad incidentem aegritudinem, sicut
ea quae a augmento et extra, utraque pars est cum sensibili laesione opera-
tionum. Aliter principium febris non est pars morbi ut febris,
morbus enim non est dispositio praeter naturam a qua procedit operationum laesio quanto to-
ti latitudini ipsius febris convenit, ut sit cum sensibili opera-
tionum laesione. Sed principium est una pars febris, quare in tali principio
adaerat sensibilis operationum laesio. Differunt tamen duae istae
partes principii secundum magis et minus, quoniam in prima parte principii
febris adest minor laesio in operibus. In secunda vero maior et evi-
dentior. Hinc fit ut plerique febricitantes in initio etsi
laesas habeant operationes non tamen eo tempore decumbunt, imo per 2.
3. et dies solent deambulare, at in fine principii laesionem
maiorem sentiunt, ut etiam coguntur decumbere, ad quam
laesionem respiciens Arist: lib. 5. cap. 5. dicebat, tunc esse mor-
bi principium quando patiens cogitur narrare a consuetis operibus.
Sed cum species generat, cum febris principium duas habeat partes, est
a qua namque parte febris debeat medicus incipere numerare dies aegri-
tudinis, a primaria parte principii vel a secunda parte id est a sensibili lae-
sione operationum, an potius a die decubitus. Quod cognoscere
non parum confert propter criticos dies, propterea quod resolutione sci-
mus nos debere incipere numerationem dierum febris et morborum omnium
a sensibili laesione operationum sive iste decumbat sive non. quod si
a decubitu potius initium morbi desumamus, contingere
posset, ut initium etiam capiamus ab augmento ipso et ita erra-
remus. Ratio est quia dantur aliqui patientes, qui etsi graviter
febricitant, volunt tamen decumbere, nec desistere a con-
suetis muneribus, ut in his non possimus citra errorem
numerare dies ab ipso decubitu quod fuit et Gal. sententia 4. de dieb.
decret. 2. Hinc sanctus potest conciliari Gal. loca contradi-
centia, quod quandoque statuit a decubitu numerandos esse dies
quandoque a sensibili operationum laesione, citra decubitum. Cum enim
vult initium numerandi fieri debere a decubitu, non
propterea excludit quia initium morbi non sit sensibilis laesio
operationum et sine decubitu, quoniam per decubitum non intelligit
actualem decubitum sed potius indigentiam decumbendi
propter sensibilem operationum laesionem, quod si quis cum primum sensibile
laedi incipit statim ut decumbat, tunc ab actuali hoc decu-
bitu erit incipiendum numerare dierum, quare vero a decubitu non

quando.

tamen

Morbi finem seu statum

Quaestio a qua inci-
pere debeat.

Dies dierum calculatio
debet incipi a sensi-
bili operandi laesione.

Conciliatur G. loca

quam decumbitur, sed etiam qua decumbitur fit per sensibilem lae-
sionem operationum, numerant initium dies. Quod si dubi-
ex eo etiam constat, quia potest accipi aliquis patiens debili-
tatis, qui timentes de futuro malo etsi non aegrotent vel
laedantur in suis operationibus solo timore decumbunt, quibus
si contingat, ut post duos vel 3 dies vere aegrotent et
ullum initium morbi sumere a die decubitus errabunt
in inveniendis diebus criticis, et ideo quod Gal. reprobat de-
cubitum actualem, dicamus ab eo non esse sumendum initium in-
numerandi dies intelligit de eo decubitu qui fit sine mor-
bo et sine sensibili laesione operationum, vel etiam de
eo qui fit post sensibilem laesionem operationum post 2 vel 3
dies, ab indigentia decumbendi, sicuti contingere solet in
servis et illis qui non sunt sui iuris, qui etsi male se habeant
non decumbunt. Principium ergo ut ad rem redeamus totius
morbi innatis est quando natura seu virtus a morbo irritata
pugnam aggreditur, ex quo pugna operationes sensibiliter laedi in-
cipiunt cum indigentia decubitus etiamsi actu non decum-
bant. Augmentum vero est quando natura seu virtus adhuc magis irritata
a re p.n. agit et magis pugnat, ut ex maioris pugna
operationes evidentius laedantur. Status vero est ubi natura
seu virtus ad summum est irritata a re p.n. ut vehemen-
tissime pugnam aggrediatur et ad summum incrementum per-
veniat. Declinationis tempus quando natura minus irritatur a
re p.n. quia iam capit morbum debellare, febrem superare
ut eo tempore mitiora omnia evadant. Si vero haec quatuor tempora
usitata consideremus in febre horali erunt praeter haec 4
etiam sumenda ex coctione et cruditate materiae
febrilis, et quia in febribus haec saepe contingunt, quia
saepius contingunt horales febres quam epidemicae aut Hecticae
ideo per horum temporum cognitionem in febribus horalibus
cognoscere nisi prius explicavero quid sit et unde procedat cruditas
et coctio materiae febrilis, materia a. hic coctio et cruditas opti-
me cognosci et distingui potest ex praesentia et absentia hy-
postasis laudabilis in ipso lotio, ergo quid sit hypostasis
ex qua materia quomodo fiat quam brevissime explicabo.

XII. Diximus materiae morbosae coctionem et cruditatem
non aliunde melius cognosci et distingui quam ex praesentia
&

Snaldi

Augmentum.

Status

Declinatio.

In febre horali quae
quibus sumenda sint tempora

& absentia hypostasis in ipso lotio ut hac occasione dicendum est, curato quid sit haec hypostasis et ex qua materia fiat, ut ex ea morbi coctionem & cruditatem cognoscere possimus. Hypostasis igitur est excrementum crassum & terrestre digestionis, quod excrementum separatur in sanis corporibus a parte ipsius alimenti, quae simul cum serositate sive lotio in vesicam vehitur & cum eodem lotio permixtum expellitur. In febricitantibus vero hypostasis est pars crassior & terrestrior illius materiae quae exardescit & putrescit febremque facit. Ideo Gal: 1. prog: 46. dicit quod hypostasis in febricitantibus putri proportione quadam respondet sicut enim pars excrementi est crassius separatum in fumore concocto: ita hypostasis in febribus portio est crassior & terrestrior & soluti corporis, hoc est humoris putrescentis, ad differentiam partis vaporosae & fumosae, quae tenuior existens in sensibiliter per cutem vel venatus dissolvitur, pars vero crassior & terrestrior subsidet & simul cum lotio permiscetur. Quam rem ut evidentius comprehendamus supponemus optime cum Hipp. lib. 1. de flat. et Gal: ut 1. & 2. de diff. febr. 17. quod hoc putrescens in febre est instar ligni quod in igne succenditur. Sicut enim lignum dum incipit igniri incipit et cubiculum & vicinas partes calefacere, a pari in feb. cum materia putrescit calidior materia dans partes circumiacentes calefacit & simul corpus versum & quidem ignis & calor cubiculi tandem quaeruntur, quod ad ligna in cinerem mutantur, a pari & materia febrilis & putrida tandem corpus calefacit, donec ad incinerem hoc ipsa perducatur quae cinerulentia nunc cum sit destituta omni humido ut pater et ob id desinunt manere non amplius potest ut subiectum caloris qui exardescens et nunc tempore febris materia delitescat, non secus ac lignum desinit calefacere quum omnino incineratum est nuncsum in hoc exustionis progressu quatuor tempora morborum clare notantur, sicuti ex Gal: etiam habetur 2. de diff. feb. 17. Namque principium exustionis in ipso ligno mit quum lignum igni suppositum exiguam quidam flammam incipit concipere & fumum in primis emittit. Ita humor cum incipit putrescere fumositatem primo emittit, ratione fumositatis vel fiunt rigores vel oscitationes & huiusmodi. Ubi vero itam ignis vicinius agit in lignum agendo ulterius magis illud afficit suo calore ut nedum fumum sed flam-

Coctio et cruditas non aliunde melius [illegible] quam ex hypostasi.
Hypost. quid.

Comparatio hypost. cum putre
materia morbifica duplici modo circumcaltata.

Qualis sit haec in feb. putrescens.

NB.

In exustione materia tempora 4 notantur.

flamma et emittat, quod tempus erit augmenti non secus ac
corpus quando quidem materia paulo ultra excandescens non solum fumi
necessitatem sed illam crassiorem emittit, verum et fuligi-
nes ... praemonstrat ut cum antea merito fumositatem ad-
set v. g. vigor cum materia ulterius attenuatur magis inca-
lescens incipit velut flamma corripi et emittere vapo-
res. Corpus ergo tempore non solum locus ubi putrescit haec materia incip-
it incalescere sed sanguis et totum corpus. Deinde ubi
iam ignis ad summum ~~sit accensus~~ feruore et summa li-
gni accensionem peruenit, ita ut non solum secundum exter-
nam superficiem sit accensus et inflammatus, sed et secundum in-
ternam totius ligni substantiam, ita ut intus et extra est
ignitum et ignis tumiditate, et in summo vigore, a pari
in febre cum materia sua accensioni instar ligni, tota intus
et extra est accensa, et corpus etiam adinuersum et sit igni-
tum et calefactum intus et extra, tale tempus erit status
et summus vigor ipsius febris. Tandem ubi iam ignis fla-
consumpserit totam ligni substantiam intus et extra ut flammam
amplius non emittat, nec ignis vestigium amplius con-
tineat, sed iam in cinerem tota ligni substantia versa sit:
necessarium est ignem extingui quia deest eius pabulum,
ideo hoc tempus non solum declinationis, sed intervalli notabi-
le erit. A pari materia febrilis cum per caloris febrilis actio-
nem non amplius detineat aliquam fumositatem, sed
quia materia putrescebat et reddebatur incipit materia istam
suis partibus dissolui ac proinde incinerari seu in cinerem
verti, quod tempus erit declinationis et intervalli. Ex
quibus clare constat, quod 4 tempora febrium horalium de-
sumuntur ex materiae morbificae cruditate et coctione,
ita ut principium sit quando materia morbifica incipit ab externo ca-
lore pati, nulla tamen portio cineris eo tempore separatur,
idem in febrium initio lotium nullam hypostasin ha-
bere feret et continebit. Ergo tempore urinam dicimus urinam esse
crudam i. nondum ad incinerationem esse peruentam.
Augmentum vero erit illud quando iam materia ulterius patiens a
calore febrili aliquod coctionis vestigium incipit ostendere,
et eo tempore portio aliqua fuliginis incipiat separari, quod

fuligo

Prin. in feb. mat.

F p

Augm.

fuligo permixta cum lotio in notam etiam conspicitur, dimi-
nuit tamen, ut iure eo tempore dicemus morbum esse in
augmento. Status vero est in quo urinae coctio magis est ma-
nifesta, et est quando febrilis calor materiam in quam agit adeo
superat, ut incipiat manifestius quaedam sedimenti circumlentia
et partes crassiores, ipsius urinae quo tempore in lotio hypostasin
et copiosiorem et nitidantiorum observamus, declinatio
vero est illud tempus in quo materia febrilis omnino est superata con-
sumpta ac penitus cocta, ut cum remaneat post sui exu-
stione materia crassior instar cineris et cineris albicantis
et aequalis, hinc fit ut cum in lotio nos observamus hanc
hypostasin quae non solum sit copiosa sed sit alba sit aequa-
lis fundumque [illegible] patet esse certissimum indicium decli-
nationis et salutis morbi. Sicuti enim cineris in externo
igne tum est laudabilis quando amplius non potest igne corrumpi
(sicuti sunt carbones) talis autem est quando est alba et aequalis
ut sit velut minutissima quaedam farina, a pari idem con-
tingit in materia serosa quae tum optime est consumpta et in-
tegram incinerationem adepta albedinem et aequalita-
tem recipit, ideo facit hypostasin albam levem et ae-
qualem. Haec sunt tempora 4 desumpta ex pugna in-
ter naturam et causam morbosam. Erat altera pugna inter
naturam et symptomata ita ut mediante hac pugna 4 pariter
tempora oriantur, ut principium sit in quo natura patitur
a symptomatibus sed citra resistentiam et reactionem.
Augmentum vero erit, quando symptomata incipit agere in naturam sed
cum aliqua resistentia et cum aliqua pugna mutua et ad in-
vicem facta. Status vero erit, ubi magna erit actio
et reactio symptomatum in naturam et vicissim naturae contra
symptomata. Declinatio vero erit quando natura agendo et pugnando
superat, quo tempore symptomata incipiunt sensim mitescere propter victo-
riam naturae et tandem omnino cessare. Hipp. et ita ab [illegible],
textu 2. aph: 31. quando dicebat, in initio morborum et in
fine omnia sunt mitiora in statu vero omnia vehementiora
Cum haec ita sint 4 tempora febrium desumpta tum ex
pugna inter virtutem et materiam tum ex pugna inter vir-
tutem

Status quo

Tempora 4 ex sympt.

tutum & symptomatum videre ulterius oportet, an haec tempora in omnibus
febribus se reperiantur, an potius in aliquibus, & si in ali-
quibus in quibusdam febribus reperiantur, in quibus non, &
tandem in quibus reperiuntur videndum an necnon se patefa-
ciant vel diversis modis. Ut haec cognoscamus, deinde
repetenda divisio febris essentialis. In qua dicebamus
febrium quandam ex spirituum calefactione oriundam quam

XIII.

ephemeram. Statuimus febrium tempora 4. scilicet prin-
cipium augmentum statum & declinationem. Reliquum nunc est ut in-

Utrum haec 4 tempora in omnibus febribus reperiantur.

dagemus an haec 4 tempora in omni febre reperiantur, & si in
aliquibus non reperiuntur quaenam sint hae febres. Ut hoc cog-
noscamus, in primis in memoriam est revocanda prima & generalis
febrium divisio, iuxta quam dicebamus febrem omnem vel
in spiritibus fundari vel in humoribus vel in solidis. Atque
inde omnem febrem vel ephemeram, vel humoralem vel he-
cticam esse. Harum vero febrium genus illud sunt qui-
dam sunt salubres, quaedam vero insalubres & lethales. Si

In eph. salub. semper 4 tempora reperiuntur.

sermo igitur fuerit in primis de febribus ephemeris ac primo de sa-
lubribus in istis haec 4 tempora observabuntur. Nam vero quae
salubres sunt haec & principium & augmentum & statum et finem
aliter non erunt salubres. Hae vero quae sunt breves sive
unica tantum die perdurant, eorum temporum non habent
magnam latitudinem, ut augmentum vix sentiatur post principio
& status ab aliis temporibus. Nec tamen febres hae quae ab humori-
bus non dependent non habebunt 4 tempora, quia tamen cum ex
coctione & cruditate materiae ut in hoc ab humoralibus distin-

De [illegible].

guantur. Quo vero ad febres humorales febres istae

Quae febris ex sola humorum accensione citra putred.

vel dependent ex (sola) humorum accensione citra putredi-
nem, vel dependent ab humoribus non solum accensis
verum etiam putridis. Si dependeant ab humoribus tantum
~~putridis~~ accensis, sicuti est synocha ex sola sanguinis ebulliti-
one facta, haec habebit 4 tempora non ~~status~~ saltem ac ephemera
a qua in nullo distinguitur. Est enim brevis ideo haec 4
tempora quae longam non habent latitudinem. Est salubris ideo 4
ipsa tempora continebit, non dependet a putrido humo-
re ideo non habebit tempora ex coctione & cruditate materiae de-
sumpta. Si vero febris ~~[illegible]~~ putrida fuerit humo-

ralis

ralis talis feb. duplex erit qu[ia] aut altera fit a putrediis humo-
rum contentorum in magnis venis cordi p[ro]pinque et tunc
oritur febris illa quam ardentem vocant, in qua reperiuntur
4. t[em]p[or]a, quae non ita sensu p[er]cepta sicuti in aliis febribus,
quia cum haec febris sit in tota sua latitud[ine] quodam uniformi-
ter eodem modo ut neque accessionis terminari videatur, quae
durat per 7. dies. quod haec que uniformitate huius febr-
is, 4. haec t[em]p[or]a continuat, intellectu tamen potius sunt co-
gnoscibilia quam sensu, intellectu quidem quia motus fieri
non potest ab initio febris usque ad finem, nisi p[er] transeat p[er]
haec t[em]p[or]a principium augmentum statum et declinationem. Praeterea
haec febr. vero quae dependet a materia putrescente habebit 4.
t[em]p[or]a desumpta ex certione et crudidate materiae. Haec eadem
feb. vero quae paroxismos et cum magnis symptomatibus an-
nexa habebit et 4 t[em]p[or]a desumpta a magno et remissione
symptomatum, quibus t[em]p[or]ib[us] carebunt hyp... febris, quae erant
antisso... et symp[tomati]b[us] carentes. Haec denique febris, vero quae
acuta cum non possit et salubris et lethalis. Si lethalis fu-
erit non habebit 4. t[em]p[or]a quoniam in haec febre homo mori potest
vel in augmento vel in statu, ad declinationem vero numquam
pervenit, quia in declinatione febris homo non moritur. quia
in t[em]p[or]e natura morbum debellavit. Quod si in eo t[em]p[or]e quis inter-
iit, non continget vero febris sed vero alicuius erroris co[m]-
missi, igitur in febrib[us] putridis lethalibus non aderunt 4
t[em]p[or]a, sed modo 2. modo 3. tamen declinatio nunquam se narabit. Si
vero salubres extiterint habebunt haec 4 tempora, alio non
erunt salubres. Si autem febres putr. generantur ab hu-
moribus putrescentibus in venis, longiusque a corde, tunc
oriuntur febres quae habent manifestas invasiones,
ut haec vero talis febres si salubres fuerint habent 4
t[em]p[or]a non solum vero cognoscibilia sicut erant in ardente
sed sensu etiam perceptibilia. In reliquis vero non distinguun-
tur ab ardente. Tantum si sermo fuerit de febre hec-
tica cum istis distinctionib[us] p[ro]cedimus quam haec febris
vero aut non potest salubris et insalubris. Si salubris fuerit
habebit 4 tempora, si vero insalubris et lethalis vero carebit
declinatione. Haec eadem febris vero quoniam in malis vero

quoniam

In ardente feb. 4 tempora potius intellectu quam sensu p[er]cipi[untur].

Homo in declinatione non moritur nisi aliquis error commissus fuerit.

De hectica

quam non dependit a praeter[illegible] vocabit 4. illis temporibus quae desumuntur ex iis [illegible] & cruditate. Tantum [illegible] natam febris [illegible] quam caret symptomatibus, quia quae febrem detinentur in solum congruuntur de symptomatibus utrum ut affirmant non febricitare ut [illegible] febris careat illis temporibus quae desumuntur a [illegible] & [illegible] ditate humorum. Tempora vero huius febris a quibus capiuntur non ab aliis quam a ~~[illegible]~~ [illegible] in qua fundatur Hectica febris, Fundatur autem Hectica febris non in primis humoribus qui continentur in venis, sed in 2^is humiditatibus quae membris nutrimentis iam sunt de[illegible] quae humiditates cum tres sint ideo tempora febrium Hecticarum capiuntur a consumptione harum 3. humiditatum. Unde initium usque tamdiu perdurabit, quoad prima humiditas solidorum consumpta fuerit, quae similiter [illegible] iam incipit 2^a, quae humectat [illegible] & [illegible] quam [illegible] vocant & tunc incipit augmentum huius febris. Consumpta hac 2^a humid. [illegible] ad feb. [illegible] consumit 3 humid. & tempore [illegible] statum huius febris, quae 3^a humid. consumpta [illegible] aeger moritur, quia calor vitalis cum amplius non habeat proprium [illegible] & pabulum a quo sustineatur [illegible] ob defectum talis humidi calorem [illegible] dissolvi non [illegible] ac in flamma lucernae contingit, tamdiu ardet & durat quamdiu humiditas continua [illegible] lychni servatur. At illo consumpto omnis flamma [illegible] unitate perit. Igitur si sermo sit de Hectica lethali non habebit 4. tempora, si de salubri habebit. Haec de universalibus temporibus febris. Ab his universalibus temporibus febrium [illegible] ordo postulat, ut ad tempora particularia descendamus quae cum locum habeant in periodis ipsarum febrium, ideo de periodo prius agendum. Circa periodum autem imprimis [illegible] [illegible] quid sit periodus. 2. quotuplex sit. 3. a quibus sint [illegible] tempora huius periodi. Postremo quae sit [illegible] libet temporis. Quantum ad 1^m spectat, periodus in febribus nil aliud est quam [illegible] ab [illegible] in idem, Ut [illegible]

Ab hectica tempora sumuntur a lib. humid.

De temporibus particularibus.

Periodus in feb. [illegible]

Si hodie incipiat hac hora febris, & crastino eadem hora reuer-
tatur, totum hoc tempus periodus vocabitur, ut inter dicta
reditus ab eod. in idem. Quantum vero ad diuisionem perio-
di, periodus duas partes principales habet, in accessionem & re-
missionem. Accessio autem subdividitur in princip. accessionis,
in magnitudinem, in augmentum & in statum: ita ut accessio qua-
tuor istis partibus constet, principio, magnitudine, augmento &
statu. Remissio v. subdividitur in duas partes, in decli-
nationem & in integritatem, ut perinde periodus constet sex
partibus, princip., magnitudine, augmento, statu, declinatione &
integritate. Verum quis obiiciat, si periodus sex istis
partibus constat, quod illius tempora non erunt 4 sed 6.
Quod tamen repugnat ei quod diximus de universitate. Faci-
le est hanc obiectionem tollere. Nam tempora haec generalia
non sunt 4, non 5, non 6. Statuimus, cum periodum nobis
ipsis condicimus, nec loca Gal. in quibus non plura non
pauciora proponit sunt contradicentia. Nam si sermo fit sit
de periodis febr. intermittentis & continuae febris salubris
& [illegible] sermo sit in genere, hac vero tempora particularia
in febr. intermittente & in genere a corpore 4 tantum erunt,
principii, augmentum, status & declinatio, & ita non distinguuntur
a temporib. universalibus. Si vero sermo sit de eisdem periodis
[illegible] separatim magis in eis de febrib. intermittentibus, hac
vero tempora erunt 6. quia magnitudo [illegible] ipsius principii [illegible]
ad princ. potest etiam reduci. Accedit tamen 6tum quod
intervallum [illegible] & tempus infebricitationis. [illegible]
Si sermo fuerit de periodis in febrib. intermittentibus [illegible]
febrem intermittentem accipientes totum circuitum
& reditum ab eod. in idem, tempora erunt 6. quia in hoc cir-
cuitu continetur etiam intervallum, continetur et magni-
tudo quae pars princ. ut partes princ. augmentum statum &
declinationem, accedant alia duo, intervallum & magnitudo.
Si vero sermo sit de temporibus periodi febrilis, quod periodus
continet tantum tempus febricitationis ita excludens interval-
lum quod in hoc non est febris, & hoc non erunt tantum 4 tempora.
[illegible] tempora cognoscuntur ex signis febrilis caloris sive [illegible]
[illegible] in [illegible] sive humor ut in [illegible] solita
[illegible] Historia. Principium igitur periodi continuae fe-
bris.

Periodus duplex

magnit. [illegible] ad princ. [illegible] reduci

bris huiusmodi erit totum tempus in quo natura incipit alte-
ri & morbum aggredi incipit pugnare. huiusmodi erit in fe-
bre intermittente tempus illud in quo patientes corripiuntur
horrore, rigore aut frigore. Absolute hoc principio succe-
dit 2a pars quia in agitatione notabatur nunc totum illud tempus
in quo morbifica natura magis agens contra naturam incipit
corpus intus calidius reddere, extra vero artus adhuc
frigescunt. Augetur vero erit totum illud tempus in quo
calor occupat non solum interiora sed et exteriora sed
non aequaliter. Status vero est illud tempus periodi in
quo non solum partes omnes intus & extra incalescunt, sed
et aequaliter, & in magis & in intensione non ma-
gis patiens calore hoc febrili afficiatur, secundum unam
partem quam alteram. Declinatio vero est illud tempus in quo ca-
lor iam remittit quae remissio magis observatur secundum in-
timas partes & cordi proximas quam extimas & remotiores.
Unde sicuti in initio periodi interiora magis calent quam
exteriora, ita in fine oppositum contingit, ut magis
calant extima quam intima. Intervallum vero in
quo de febre intermittentis erit totum illud tempus in quo
patiens non febricitat & est illud tempus quod intercedit inter
finem declinationis & principium futurae accessionis. Circa
haec tempora occurrunt aliquae difficultates.

XIV. De signis quibus cognoscitur an adsit febris et de temporibus signis.

Nunc de febre a posteriori & per sua signa agemus quae
signa ad duo possunt dirigi, et talia indicant an fe-
bris adsit nec ne in aegro, alia vero febrium tempora tum uni-
versalia tum particularia declarabunt, quod igitur ad signa febris per-
tinet supponendum est talia signa ex 3plici fonte sumi
videlicet ex actione laesa, ex excrementis mutatis, & ex qua-
litate mutata, discurramus igitur circa singulos fontes. Ex
primis occurrunt signa a laesa actione sumpta quae duo
potissimum erunt, alterum ab actione vitali arripitur

Ex actione laesa sumitur pulsus et anhelitus.

ut a pulsu, 2um ab ipso anhelitu. Circa primum igitur pul-
sus in febre pulsus declinabit a naturali statu in tribus, in
magnitudine in frequentia & velocitate. Ut propterea ex pulsu ma-
giore frequenti & veloci nobis indicatur febrem adesse cum
pulsui etiam respiratio semper proportione correspondebit,
uti

uti & ipsa maior sit q[uam] p[er] nec non conveniat velocior freq[uen]t[ior]
& frequentior. Sunt [p]t[er] anhelitus magnam frequentiam &
velocitatem acquirit etiam magnam anhelitus caliditas &
caliditas externa, utrumq[ue] signum pr[a]eviis declaro, siq[ui]dem
pulsus & respira[ti]o iam dicta ea sunt signa q[uae] febris contentiam
comitantur. Cum enim statutum fuerit q[uo]d essentia febris nil
aliud s[it] q[uam] extraneus calor vel spirituum ut in eph[emer]a vel humorem
ut in humorali vel in solida s[u]b[stanti]a ut in hectica, hinc fit ut
quocumq[ue] s[u]b[iect]o ita affecto seu q[ui]b[us] ita accenso necesse sit,
ut etiam cor alteretur & incendatur, corde a[utem] cum suo ca-
lore ita incenso & alterato acquirit maiorem necessitatem ven-
tandi hinc extraneum calorem sibi superadditum, temperam[en]tum a-
mittendum recipit beneficio arteriarum q[uae] a cordis s[u]b[stanti]a ori-
ginem ducunt: ideo nulli mirum non debet si motus ar-
teriarum alteratur, alteretq[ue] ad magnam q[uia] maior ar-
teriis ventilandi necessitas, alteretur ad frequentia[m]
& velocitatem, si ad hanc maior ventilandi necessitas incurrit
ipsi cordi, unde sicuti ad cordis perfrigerium consequitur pul-
sus parvus rarus & tardus, q[uo]d mirum si ad magnam cordis
supercalefactionem contrariae differentiae pulsus oriantur, ut loco
parvitatis pulsus succedat magnus & loco pulsus tardi
& rari succedat in febre velox & frequens. Ex pulsus
ergo magno frequentia & velocitate cognoscimus febrem
adesse, merito vero respirationis cum respiratio & ipsa in mo-
tu correspondeat pulsui, ideo ex cognitione pulsus magni ve-
locis & frequentis cognoscimus et eas magnae velocis &
frequentis. Sed accedebat ~~aliud~~ aliud signum ad ipsam
respirationem quia in febre respiratio non solum erat magna fre-
quens & velox verum et calidior, ratio e[st] quia cum respiratio
motus sit compositus ex inspiratione et respiratione, ex inspi-
ratione quidem aeris s[cilicet] ambientis, ex respiratione vero
~~ff~~ expurgandos vapores fuliginosos cordis qui vapores cum
ob febrem calidiores sint redditi, vero merito respiratio
observatur calidior in febre, q[uo]d p[ro]pter hoc non proveniat. Cet[erum]
signum fuit et Gal[enus] 1. de diff[icultate] respirat[ionis]: cap. 2. & 2 de
~~diff.~~ feutrib[us] [?] natalib[us]. cap. 8. Secundum genus signum capi-
tur a q[ua]lit[at]e immutata, potiss[imu]m autem sumitur a calid[itate]
externa

5[u]m sig[nu]m sumitur a q[ua]l[itate] mutata.

externa & intensiori & mordaciori occupante totum corpus. Cuius signum est, cum corpora nostra semper sint in perpetuo effluxu & transpiratione, effluxus autem isti qui per cutaneos meatus transpirant sanitatis tempore mites sint suaves & mediocriter calefacti, at febris tempore cum universum corpus plus solito incalescat, omnium horum etiam vapores extranea calore affici, ut ob eam causam effluxus in toto corpore evadant mordaciores, ideo ad tactum nos percipimus in febricitante calorem quendam mordaciorem. Haec autem externa caliditas licet corpus universum in febre occupet, non aequo tamen corpus afficit, sed manifestius se ostendit in corde, ut in fonte caloris, quam in aliis partibus & inter alias partes magis se ostendit in arteriis quae tam a cordis sede oriuntur quam in aliis partibus. Adhuc minus haec caloris mordacitas se ipsam ostendit in venis & adhuc minus in cutaneis partibus. IIII fons signorum desumebatur ab excremento mutato. Excrementum autem mutatum etsi multiplex sit in praesentia tamen lotium potissimum erit spectandum. In febre igitur [illegible] arrepta lotium erit coloratum, coloratum inquam magis quam tempore sanitatis, nec immerito, quia in omni febre massa humoralis quae in venis continetur a calore febrili alteratur. Alteratur autem simul cum humorali massa et massa illa aquosa, serosa & ichorosa, ex qua lotium fit ut propterea lotium a tali calore calorem intensiorem acquirat. Ceterum circa hoc signum advertendum venit pluribus quoque ut in febricitante talis lotii alteratio non appareat quod contingere potest tum ob alias causas tum etiam ob extra occurrentes causas, sed praecipue ob maiorem cruditatem si causa materia pituitosa praecipue fuerit, vel etiam hoc contingit ob obstructas vias. Verum quando sit in [illegible] febris solet ad febrem talis color lotii comitari, ut color correspondeat febrili et externo calori, ob quam causam fit ut Gal. non immerito statuat febrem esse passionem venarum quia in febre contenti humores in venis alterantur. Ceterum hic color lotii [illegible] tum in ipsa agitatio-

Tertius fons desumitur ab excremento mutato.

Lotii coloratio

Ut cognoscatur color lotii sit in aspectu, ac plenius ut [illegible]

te urinarum, tum et in ipsis contentis, tum et in utrisque &
grandeque et in mentro quod cognoscamus fermentum. quod si
sermo fuerit de febre [illegible] immateriali ex genere ephemera &
hectica, merito utrinque non erit mutatio nec in colore lotij
nec in aquosa substantia: mutatio non erit in contentis, quia febres
istae sunt immateriales non dependent ab humoribus, at
per humores alteratos contenta alterantur, quare cum in
ephemera & hectica vere quae urinales non dependerant ab ipsis
humoribus, ideo non praesentarent in lotio mutationem in conten-
tis. Quantum vero sit merito substantiae aquosae & urinalis. Si
sermo fuerit de tali aquositate in ephemera nulla prorsus fiat
mutatio in colore lotij. 1° quia febris ista non dependet ab
humoribus. 2° quia et unico die durat. Quantum vero ad
hecticam haec pariter vere quae [illegible] non habit [illegible]
tanta p.n. vere quia vero & febris est longa & diuturna
fieri non potest, ut in substantia urinali & aquosa aliqua non
fiat mutatio in colore. Unum differt a febre humorali
quia in hac humor secundum internam & propriam naturam est
alteratus, in hectica vero solum ab extrinseco nempe
ob alteratam partem in solidis partibus quae sunt sedes hecticae.

Signa indicantia febrem in genere maiori ex parte hacte-
nus absoluimus. Superest tamen ut videamus quomodo loti-
um se habeat etiam in febre humorali, tum in colore,
tum in hypostasi, sicuti audivimus et de ephemera & hectica,
siquidem in humorali febre mutatio lotij observabitur non
in colore, nec in hypostasi, quinque in utroque, nonnunquam
etiam in mentro. In primis mutatio erit in lotio ~~[illegible]~~ nec
in colore neque in hypostasi, in 1° die quia remanet talis
febris. Observabitur autem mutatio in solo colore, donec
humor causans febrem crudus extiterit, ita ut nulla
portio putrescentis humoris expurgetur, ideo merito hy-
postasis nulla poterit observari. Secundo dico autem erit lo-
tium in colore tantum alteratum quia vere febris ad rubedi-
nem vergit. At in tempore status febris vel declinationis quibus
temporibus materia putrescens cognoscitur & portio ipsius semper
cum lotio assidue expurgatur, invicem erit mutationem no

in

XV.

in lotio tum in colore marito febris, tum in hypostasi marito eius quod nunc tempore expurgatur. Haec de signis quae pertinent febrem indicare in genere. Descendamus nunc ad significantia status partes febris s. e. tempora ipsius febris ac haec cum una tamen specialia. Agemus autem de signis temporum feb. potissimum agnoscimus de iis signis quae possunt nobis statum febris scire, quia si quis cognoverit statum morbi facile cognoscet tempora et signa quae statum tum praecedunt & subsequuntur; de quibus signis agens Auicenna ea desumit ex pluribus fontibus, de quibus ne disperse agamus, duo in primis explicabo: primum assignabo cur Auicenna nec plures nec pauciores fontes proposuerit, quam XI illos quos assignat. Deinde cur tali ordine & non alio disposuerit. Postremo de unoquoque sigillatim agam. Itaque sciendum quantum ad numerum signorum quod signa quae statum febris pertinent scire, etsi plura sint, omnia tamen in vario arripiuntur a tribus [?] rebus naturalibus vel non naturalibus vel praeter naturam, ad haec [?] desumi possunt ab iis quae haec consequuntur. Si res praeter naturam consideremus, ita Auicenna signa arripit a tribus, a tempore morbi, a causa morbi & a symptomate. Si res s. n. spectantes [?] Auicenna signa arripit ex duobus a virtutibus & ab ipsa aetate. Si demum tertium fontem consideremus videlicet res non naturales, signa arripit Auicenna ex duobus scilicet a regione & ab anni tempore. Si demum consideremus signa quae ab iis quae consequuntur, arripi solent, res scilicet [illegible] & p. n., signa arripit Auicenna a pulsu quae consequitur res naturales & p. n. Postremo agens de signis temporum ipsarum accessionum signa arripit ab accessione [illegible] & primo ab ipsa invasione considerans circa invasionem velocitatem ipsius an scilicet invadat cum rigore vel citra, sumit quoque signa a longitudine & breuitate invasionis, a vehementia & remissione eiusdem. Et praeterea sumit a modo terminationis ipsius invasionis ~~a vehementia & remissione eiusdem~~ tandem supra addit signum assumptum a cruditate & coctione materiae. Ex quibus

[catchword:] [illegible]

De signis particularibus febris.

Signa statum febris a tribus sumuntur.

habetur cur Auic. tot signa assignauerit, paucis quae singu-
la explicemus. In primis quod cognoscemus statum ipsius
febris ex specie febris, quia si ephemera fuerit quis dubitabit statum
ipsius propinquum: non enim ultra tres dies perdurat. Si vero
putrida extiterit cognoscemus statum esse paulo longin-
quiorem, si hectica extiterit longissime fore. Quare ex specie
ipsius febris status ipsius innotescet. 2° cognoscemus lon-
gitudinem et breuitatem ipsius febris ex motu materiae mor-
bificae, quia materia vel est facile mobilis qualis est materia calida et bilio-
sa, quia et ratione caloris et ratione tenuitatis facile est mobilis,
ut ex hac materia febrem facientes arguamus morbum fore
breuem et consequenter statum fore propinquum. Unde febres
hae febris biliosae vel in 7° terminantur vel ad sum-
mum in 14. Nec ob aliam causam nisi quia materia faciens
hanc febrem ratione qua tenuis est et calida et facile succendi-
tur et cito incineratur. Si vero ex altera parte materia facien-
tis febrem fuerit difficile mobilis, fuerit crassa et
viscida, cuiusmodi est materia frigida vel melancholica, ex hoc iam ar-
guemus febrem longam esse futuram, consequenter ipsius
statum non esse propinquum. Hinc est ut febres quotidianae
nec quae a pituita dependent, quartanae et quae a melancholia fiunt sunt
longae quia materia quae succenditur ratione qua frigida
est non ita facile ab-
sumitur et ratione qua est crassa et terrestris diutius sustinet
accensionem, propterea istae febres habent statum satis lon-
ginquum. 3tio cognoscemus febris longitudinem et breui-
tatem ex ipsa virtute quae in febribus est vel valida vel debi-
lis. Si valida fuerit oportet considerare an febris sit letha-
lis vel salubris. Si febris fuerit lethalis cum virtute de-
bili iudicium erit haec virtus breuitatis febris, quia ex
supposito quod febris sit lethalis virtus non potest diu hanc
febrem sustinere sed succumbit. Si eadem virtus fuerit
debilis adhuc magis in eodem morbo lethali adhuc citius
succumbet. Si vero virtus valida fuerit et febris sa-
lubris considerare oportet et speciem febris et motum ipsius
quia etsi in qualibet specie febris salubris et quam breuissime
terminat febrilis, virtus haec fortis superatura febrem
hanc

Ex specie morbi statum co-
gnoscere.

ex mã effas morbū

pituitosa

à Virtute ipsa.

hanc salubrem, verum tamen cognoscimus an breviori vel longiori
tempore id sit futurum. Ideo oportet respicere ad speciem febris
an scilicet sit de genere acutarum sicuti sunt biliosae, an de genere
chronicarum sicuti sunt pituitosae et mixtae et praeterea
respicere oportebit ad materiam ipsius febrilem, an scilicet sit facile

F fortis

mobilis vel cum difficultate. Ideo si virtus hanc [illegible]
fuerit, cum febre acuta utputa cum febre ardente vel
causonicam venerit, ita cognoscimus talem febrem brevem
fore, et consequenter ipsius statum propinquum. Idem dicendum
de eadem virtute forti respectu materiae facilis vel diffici-
lis mobilis. At si eadem virtus coniuncta fuerit cum fe-
bre chronica, consequenter cum materia difficilis mobili [illegible]
[illegible], cognoscimus [illegible] febrem hanc fore longam et
consequenter statum ipsius longinquum. 4. Cognoscimus febrium

Ex aetate et tempore.

longitudinem et brevitatem, consequenter status propinquitatem et
longinquitatem ex ipsa aetate et tempore simul, per tempus in-
telligentes aerem ipsum, quem aerem oportet considerare, et
rationem regionis et temporis anni et mensis et diei. Praeterea
[illegible] etc. intelligimus pariter ipsius patientis tempera-
mentum variatum. Nam si aetas et aer calida extiterint, tempus febris
indicabunt febris brevitatem et consequenter status propin-
quitatem, quare fit ut febres acutae sint breviores et pro-
pinquiores in iuvenibus ratione aetatis. Si vero aetas et aer fri-
gida extiterint indicabunt oppositum nempe febris longitu-
dinem et consequenter status febris longinquitatem, nam [illegible]
[illegible] ratione frigiditatis, tum ex parte aetatis, tum ex parte
aeris generantur et multiplicantur humores frigidi, crassi,
immobiles et coctioni magis rebelles, ex quorum putre-
